




ORATIO
FVNEBRIS
IVLII ZACCARIÆ
IADRENSIS
pro Leone Calergio Cydoniēse
in Funere Illustriss.
BENEDICTI QUIRINI:
Equitis, & Comitis
*Ad Illustriss. Franciscum Quirinum
Ipsius Filium.*



Anno Dni M.D.C.XIX

8





ORATIO.



VINAM hoc pleno mere-
ris, gemitus, ac lamentationis
tempore (FRANCISCUS
ILLVSTRISIME) Le-
niendi cordis doloris tui, ac mi-
tigande quodammodo animi
perturbationis prae miseranda Illustriss. Benedicti
Quirini iactura patris tui, patroni vero mei summe
venerandi conceptę facultas sublata mihi, prae-
ptaque non fuisset. Siquidem cum fere pari uter-
que nostrum confossus sit vulnere, par tibi com-
es in eo colendo, venerandoq; semper extiterim,
par etiam in illius deplorando interitu, in iactandis
lulatibus, gemitibus, ac querimonijs tibi comes

fu-

O R A T I O

futurus sum. Sed qua nam ratione quaeso ora-
 resolvere potero, ut tantam vulneris acerbicatem
 propter illius interitum meo inflexi pectore testa-
 tam faccerem, cum ea sit commiserationis uis, ut
 uocaditum, iterque percluserit? Quonam igitur
 confugiam, unde elloquentiae haustus, quos mi-
 hi funebri hac tempestate totos comperio iam exa-
 ruisse, repetam uberrimos? à quo sententiam pete-
 re, quem consulere debeam? Ipsum itaque dolorem,
 qui nimius nostrum excruciat animum, consulam, quan-
 doquidē dolor Oratorem nullo prorsus exercitatum di-
 cendi munere disertissimum, ex inerudito eruditif-
 simum ex inopi copiosissimum facere soleat. Dolor
 ergo mihi vires supeditabit maximas, quo eo ar-
 dentius illo nobis praecepto communem Reipublicae
 Venetae, immo totius Christianae quidem propugna-
 torem, patriae ornamentum, ac selerum vindicem
 acerrimum una praeceptum fuisse valeam deplo-
 rare. Sed quorsum hac (Vir Illustrissime) cum
 parum, vel certe nihil me illi vita functo profu-
 turum desperem, si totus in profudendis lacryma-
 rum imbribus immorabor, teque funesto potius,
 ac lugubri quodam sermone detinebo? Satius igitur
 futurum existimavi, si aliud consilij capero a le-
 meam;

meam vertendo Orationem, quàm in constituto iam
 mihi argumento perstitero, cum me minime fugiat,
 fore, vt aliquid illius dignitatis, quam rebus à se
 præclare gestis sibi compararat, detraham potius,
 quàm addam in lacrymabili Orationis stylo me to-
 tum inuoluendo. Quàm ob rem quàm acri iudi-
 cio, quàm perspicaci ingenio in tractandis, admini-
 strandisq; muneribus semper fuerit, quàm raris
 virtutum præditus ornamentis, quibus dignitati-
 bus, titulis, ac magistratibus à Sereniss. Republi-
 ca Veneta in eū collatis perfunctus sit, breui Ora-
 tione animo constitui meo recensere. Tu modò
 (Vir Illustrissime) infractò animo, ac mente inter-
 rita, quæ dicturus sum benignus excipe, & si quæ
 male fuerint enarrata, vel ieiunius, quàm illius
 patitur Excellentia, euoluta, non animi ingrati
 immmanitatem accusabis, sed ingenij potius præ-
 ti doloris acerbitate titubantis imbecillitatem ex-
 cusabis. Surripuit nobis ineuitabilis rerum ne-
 cessitas Illustrissimum Benedictum Quirinū Pa-
 trem tuum tantæ amplitudinis atque excellentiæ
 Virum, quantæ non habitura modo, sed ne speratu-
 ra quidem est tota posteritas, cum in ea apud popu-
 los veneratione fuerit, vt nemo esset, qui illum non
 homi-